

Caspar Habermann Johann Christian Bähr von

Disputatio Iuridica De Contrahenda Emtione Et Venditione

Rostochi[i]: Kilius, 1670


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74120794X>

Druck Freier  Zugang



Durchführung von
Kauf und Verkauf

RU. für 1670
Leopar Habermann, Pr.
Joh. Christ. de Bähr, Rep.



DISPUTATIO JURIDICA
De
CONTRAHENDA
EMPTIONE ET
VENDITIONE.

Quam

DEO TER OPT. MAX. AUSP.

Ex Consensu Magnifici Jctorum
Ordinis in Illustri ad Varnum Academia,

PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo

DN. CASPARO *Habermann/*

J. U. Doct. Fautore ac Præceptore
suo Honoratissimo

Placida disquisitioni publicitûs sistit

JOHAN. CHRISTIAN. de *Bähr/*
Tund. Holfar.


AUTOR ET RESPONDENS.

*In Auditorio Majori ad diem VIII. Junij.
horis antemerid.*



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Academ. Typogr. An. 1670.



V I R O
PERILLUSTRI ET EXCELLEN-
TISSIMO
DNO. BARTRAM

Hogwisch!

DOMINO HÆREDITARIO
in Weissenhaus & Schinckel.

REVERENDISSIMO ET SERENISSIMO

CIMBRORUM DVCI

à

CONSILIIS PROVINCIALIBUS
ET

PRÆFECTURÆ TUNDERENSIS
DYNASTÆ GRAVISSIMO

DOMINO ET MÆ-
CENATI SVO

DEMISSISSIMO CULTU
SUSPICIENDO.

S. D.

Verecundiam, VIR PERILLUSTRIS, allevabis Humanitate Tuâ, ut palle-
scentes hæ paginæ liberiori fortas-
sis affectu impunè erubescant. Non
enim sustinent splendorem Magnitudi-
nis, quo fulges, quo omnes ad Tui vene-
rationem perstringis, Virtutes tuæ, quibus hoc
debetur, igneæ sunt; proximiores accendunt,
remotiores si vel maximè frigidi ardentibus e-
arum flammis ad cultum incalescunt. Toti-
dem imagines sunt, quæ nobis verum, vivum
omnibusq; numeris absolutissimum Exem-
plum repræsentant. Te CIMBRIA suspicit SYDUS
inter indulgentissima Fortunæ obsequia exor-
tum, undiq; lucens, illustrans omnia: radios
quos spargis, ipsæ Tuæ gratiæ sunt, rident, non
perstringunt. Te PATRIA veneratur PATREM;
cujus gubernationem Tibi & Te gubernatio-
ni gratulatur, ut benè sit ipsi, quia à Tua Virtu-
te, & Prudentia, qua regis, felicitatem maxi-
mam & prospera omnia sibi pollicetur. Cæte-
ras non dicam, quia singulæ cultum merentur,
imò

imò blanda sua vi provocant : dicam tamen,
Te omnes possidere individuâ copulâ, & no-
do plusquam Gordio conjunctiores, quæ de-
victò fato, loquentur sine voce, tacebunt nec
sine facundia, & velut æternantis gloriæ faces
Posteritati lucebunt. Hoc jubar Tuum, VIR
MAXIME, jam subeo, ut Benevolentix radios in
me exferat, quo exigua hæc atq; crepera studia
feliciter in lucem prodeant; quæ non aliundè,
quam à Te lucem capere, & Eximio Nominis,
Favoris, Patrocinii Tui splendore illustrari pos-
sunt. Indulge igitur, ut quod summa voti est,
consequar: Nomen Lumen erit, Favor fructus,
Patrocinium Decus. Quod si fortè aridi nimis
& steriles ingenii fructus, quos jam in flore æta-
tis promptissimo obsequio offero, Tuo calore
vigorem sibi sument, Tuâ Aurâ in posterum
fæcundi erunt, vernabunt, & ad maturitatem
efflorescent. Ita se, suâq; studia cum jugi felici-
tatis voto devotè mancipat

VESTR. ILLUSTR. EXCELLENT.

Subjectiß.

Cliens

J. C. de Bähr.



DEO DUCE COMITE VIR-
TUTE,

INGRESSUS.



Qvod Ulpianus in l. 1.
ff. de restitution. in integr.
affirmat, utilitatem hujus ti-
tuli non egere commendatione, i-
plumq; se ostendere; idem si dixe-
ro de emtione & venditione specie
sui generis contractuum nobilissi-
ma, à verò non aberravero. Quid
enim ea in commerciis civium fre-
quentius & æquabilius? quid ad

communis vitæ usum magis necessarium? Quam si vel ideo expli-
cavero opulentiùs, quod humana negotia promoveat promptius,
facile merebor veniam: quotidiana enim plenius sunt attingenda
monente JCto in l. 25. pr. ff. de liberat. legat.

CAPUT PRIMUM

Quid & quotuplex sit Emtio
Venditio?

THES. I. Vocabulum emtionis licet satis sit in jure nostro ambi-
guum, de quo Vide Mejer. in Colleg. Argent. ad tit. de Contrab.
emt.

emt. th. 2. ex vero tamen non est, quod interpretes plurimi tra-
dunt, emtionis verbo in LL. 12. Tabul. omnem contineri aliena-
tionem rerum earum, quæ sunt in commercio; quin potius
statuendum est non contineri, nisi mens loquentis sive hominis, si-
ve legis militante eadem ratione aliud suadeat; quo sensu intelli-
ge l. 29. §. 1. ff. de stab. liber. l. 23. §. 1. ff. de liberal. caus. l. 8. §. 11. qui-
bis mod. pignus vel hypothecca solv. Franizk in Comment. ff. ad Tit. de
Contr. emt. n. 4. & seqq. Carpov p. 1. Const. 3. defn. 25. Mey. in Com-
ment. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 10. art. 1. n. 12.

THES. II. Contractus emtionis & venditionis cum sit totum ali-
quid suis quoq; partibus constet necesse est. Sunt autem partes
illius emtio-venditio separatim acceptæ, quarum una nequit esse
altera; aliud enim est emtio, quæ significat factum illius, à quo esse
pecunia, aliud venditio, quæ denotat factum illius à quo res pro-
ficiscitur, l. 1. §. 1. in fin. de Contrab. emt. l. 1. pr. ff. de rer. permut. Ex
hisce duobus factis junctis resultat unus contractus; Ex quo pro-
inde patet nec emtionem prædicari de Venditione & contrà, nec
veteres unquam promiscuè hisce vocabulis directè usos fuisse; di-
co directè, nam indirectè alterutro eosdem fuisse usos vocabulo ad
totum contractum indicandum patet ex l. 1. ff. de peris. & commod.
rei vend. idq; ob naturam relatorum, quorum uno posito alterum
quoq; poni ob summam connexitatem necesse est, Vid. Franizk,
d. 1. n. 9.

THES. III. Est autem Emtio Venditio Contractus consensu ini-
tus de re certa pro datione certi pretii emtori tradenda. pr. Inst. &
§. 3. de emt. vend. Patet ergò 1. emtionem & venditionem, uti &
cæteros contractus consensu constantes esse propriè loquendo con-
tractus §. ult. Inst. de Obl. l. 7. §. 1. de pactis. §. 2. Inst. de J. N. G. & Civ.
Diver sum opinatur Giphanius ad d. l. 7. §. sed cum nulla ff. de pact.
Cujus rationibus abundè satisfacit Ungepaver. Exercit. Justin. 12.
quest. 1.

THES. IV. Patet 2. hunc contractum solo consensu perfici, non
hoc sensu, quod vel nullum in se habeat negotium, ut vult Gipha-
nius, sed quia neq; scripturâ, neq; præsentia omnino opus est, ac
nec dari quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio,
ut ait Imperator in pr. Inst. de Obl. ex consensu & Gajus in l. 2. de
Obl. & Act. vel quod in cæteris contractibus consensus ille non sit
necessa-

necessarius, aut hic nulla res desideretur, nam & hanc una cum pretio necessario respicit consensus *l. 72. de Contr. Emr. l. 2. §. 1. l. 8. ff. eod.* sed quod ab obligationem producendam ille solus sufficiat *d. pr. Inst. de obl. ex consens.* licet neq; res sit tradita emtori, nec pretium solum fuerit; hæc enim non tam spectant ad essentiam emtionis & vendit, quam ad ejusdem consummationem & implementum. *l. 1. C. de Irrogiofr. Vinn. ad pr. Inst. de E. V.*

THES. V. Patet 3. per hæc verba: *de re certa pro datione certi pretii emtori tradenda*, discerni emtionem & venditionem tum à locatione & conductione; nam illà hoc agitur, ut dominium mercis in emtorem transferatur. *l. 80. §. fin. ff. de C. E.* licet non semper ille effectus sequatur. *l. 28. ff. d. s. l. 11. §. 2. de Act. Emr. l. 1. pr. de rer. permut.* in hac verò id non agitur, *d. l. 80. §. fin. d. 1.* Quod ipsum dependet ex intentione agentium, ex qua juxta principia actionum humanarum contractus sunt æstimandi per text. elegant. in *l. 155. d. Obl. & Act. Vid. Mejer. in Colleg. Argent. tit. de C. E. th. 24.* tum à permutatione, non generali illa, quæ est, ubicunq; res quæcunq; inter se permutantur, sed speciali utpote in quâ discerni nequit inter mercem & pretium, emtorem & venditorem. *l. 1. §. 1. de Contrab. Emr.* quamvis non negem subesse & alias differentias inter hosce duos contractus, quos *vid. in l. 1. de permut.*

THES. VI. Dividitur emtio venditio I. à Dd. in eam quæ est juris gentium & quæ est juris Civilis, vocaturq; mancipatio, *Ulpian. in fragm. tit. 19. §. 2.* Sed hæc divisionis titulum non meretur, cum potius sit imago venditionis, quam vera venditio. *l. 55. ff. de contrahend. emt.*

THES. VII. Dividitur II. in naturalem, Artificialem, & Negotiatoriam; Naturalis est, quâ quis emit ad sustentationem suæ familiæ necessaria, superflua verò vendit: hæc de se est licita & bona ordinaturq; non tam ad lucrum quam ad congruam sustentationem. Artificialem voco, cum res emuntur eo fine ut arte & industria artificis commutentur & vendantur, quæ merè negotiatoria non est, *Can. ejiciens 11. dist. 88.* Negotiatoria est, qua res emitur, ut in aliam speciem non mutata, sed integra cum lucro vendatur. Et hæc ex se indifferens est, neq; bona neq; mala censenda. *Can. quoniam 12. can. fornicari 10. dist. 88.* nisi vel ex fine bono vel

malo d. cau. quoniam. Hahn. in not. ad Wesenb. h. 2. n. 4. Jure G. inter quosvis liberam esse mercaturam. tradit Hugo Grotius tract. de Mars liber. c. 8. Adde Aristot. 1. Polit. c. 8. & 9 & lib. V. de Morib. c. 8.

THES. IIX. Dividitur III. in eam quæ fit scriptis, & quæ fit sine scriptis. *pr. Inst. de E. V. l. 2. §. 1. ff. eod. l. 17. C. de fid. Instrum. Recept. Imperii de Anno 1512. §. 11.* Licet enim solus consensus regulariter sufficiat in E. V. nihilominus tamen scriptura aliquando ad vim & constitutionem obligationis desideratur, si nempe contrahentes id agunt, ut contractus hic non ante valeat, quam si in scripturam redigatur. *l. 17. C. eod.* tunc enim scriptura contractui fit quodammodo essentialis, nec consensum intelligitur nisi scriptura intervenierit. Unde si simpliciter conveniat inter partes ut contractus scribatur, non tam ad essentialiam quam ad facilitorem illius probationem scripturam intervenisse censendum est. *l. 4. de pign. & hypoth. l. 4. de fid. Instrum. l. 12. C. de probat. Carpzov. p. 2. Confl. 33. def. 12. n. 12.* quo casu nec amissio instrumenti rei gesta nocet, modò aliundè probari possit *l. 9. l. 10. l. 12. C. de fid. Instrum.* nec antè scripturam vel planè non confectam, vel non perfectè completam poenitere licet *l. 5. C. d. Obl. & Act.* Quod secus est in emtione quæ scripturam perficitur, quam non aliter perfectam constituimus, nisi illius instrumenta omnibus numeris fuerint absoluta, ut mox dicemus *d. pr. Inst. de E. V. d. l. 17. C. de fid. Instr. Reichs Abscheide de Anno 1512. §. und am meisten &c.*

THES. IX. Conficitur autem Instrumentum emtionis & venditionis vel à privatis, quod non aliter pro completo est habendum, quam si id vel propria contrahentium manu sit perscriptum, modo ne quod scriptum pro prima scheda aut delititia fuerit habitum, quo casu perfectio contractus requirit, ut scheda illa in raturam redigatur, & ingrossetur, vel ab alia persona privata scriptum quidem, sed utriusq; contrahentis subscriptione confirmatum: vel à Notario (malè verò potestatem conficiendi instrumenta publica tribuit Doctori juris Berlichius quem refutatam *Vid. apud Carpzov. Lib. 6. Respon. 18.*) quod completum non censetur nisi à Tabellione exceptum, perfectum, partibus prælectum, & ab ipsis approbatum fuerit. *pr. Inst. de E. V. l. 17. C. de fid. Instrum. d. Recept. Imp. de Anno 1512. §. 11.*

X. Ex

THESS. X. Ex his infero contractum emtionis & venditionis imperfectum sive consensu sive scriptura consistentem poenitentiae locum facere, licereq; emtori vel venditori donec aliquid vel deest consensui perfecto, vel instrumento contractus sine poena resilire ab imperfecta emtione venditione *pr. Inst. de E. v. l. 17. C. de fid. instrum.* Sed quid si arrhae intervenerint? nunquam datione arrharum id agitur, ut liceat resilire ab hoc contractu sive imperfecto sive perfecto: aut enim arrhae sunt argumentum emtionis venditionis contrahendae *d. l. 17. C. eod.* aut contractae *pr. Inst. d. l. 1. l. 35. ff. eod.* priori casu non ideo a contractu hoc recedere licet, quia arrhae datae sunt, sed quia ille adhuc imperfectus, atq; aded si venditor adimplere venditionem recuset, duplicatas restituere compellitur; si vero emtor, quas dedit, arrhas perdit *d. l. 17. C. de fid. instr. pr. Inst. b.* posteriori casu vel simpliciter in symbolum emtionis contractae & magis confirmandae arrhae nomine quid datum est, & impleto contractu datur utilis actio emti, aut condictio sine causa ei, qui dedit, ut restituatur quod arrhae causa datum fuit. *l. 11. §. 6. de act. emt.* vel certa pecuniae summa arrhae nomine ita fuit data, ut in partem pretii postea simul cederet, & haec pretio post exsolvendo imputanda est, *d. l. 11. §. 6. l. ult. ff. de leg. Commiss.* diversum nostris obtinere moribus ostendit, *Dn. Mey. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 6. n. 3.* Quo itaq; pacto hoc casu posteriori data est arrha sive per modum symboli sive ut simul sit pars pretii nunquam a perfecto contractu sive tantum consensu sive scriptura consistente cum dispendio arrhae licebit recedere. *arg. l. 2. C. quando liceat ab emt. reced. l. 3. l. 6. C. de Resc. vendit.* movepr praeterea hac ratione, quia si a contractu perfecto non licet recedere, quando nulla intervenere arrhae, ut nemo negat, neq; licebit recedere ab eodem ubi arrhae datae sunt, censentur enim datae in confirmationem contractus non in ejus eversionem *Frantzck. in Comm. ff. h. l. n. 34. adde Dn. Mey. ad Jus Lubec. p. 3. tit. 6. art. 6. n. 3.*

THESS. XI. Differunt vero ab arrha sanctus denarius, nummibales & quod datur zum Angelde / zum Kauff. Schilling / *Dn. Mey. in Comment. ad Jus Lubec. d. p. 3. tit. 6. art. 6. n. 11. & seqq. Besold. in thespract. verb. von Wein. Kauff. n. 37. Rudinger. cent. 1. obs. 55. Wehner. lit. W. h. v.*

CAPUT

CAPUT II.

De

PERSONIS, QUÆ EMERE VENDERE PROHIBENTUR

THES. I. Emptionem venditionem omnibus contrahere licet, qui expresse non reperiuntur prohibiti arg. l. 43. §. 1. de Procurat. l. 1. §. 1. de testibus. Prohibentur autem alii naturâ, alii lege, naturâ, ut pupilli licet pubertati proximi absq; tutoris autoritate l. 13. §. 29. de Act. Emt. princ. instit. de Autorit. iur. l. 27. de Contr. Emt. Hi an ex contractu sine tutoris autoritate celebrato obligentur naturaliter non lubet hic disquirere. Sed quid de minoribus? Distinguendum puto; aut habent curatorem, aut non habent; priori casu si contraxerint non adhibito Curatorum consensu, civiliter non obligantur l. 3. C. de Restit. in Integr. posteriori casu obligantur quidem civiliter, sed si læsi fuerint, restitutionem in integrum impetrare possunt. d. l. 3. C. eod. l. 43. de Obl. & Act. Gadd. de Contrah. Stipulat. c. 7. n. 263. & seqq. Carpov. p. 2. Consil. 15. des. 25. n. 10. Nec obstant verba hæc in d. l. 3. contractum servari non oportet; quæ videntur innuere contractum jure subsistere quidem, sed rescindi oportere. Resp. sæpè in legibus aliquid servari non oportere dici, quod tamen ipso jure nullum est. l. 7. §. 9. de part. l. 27. §. 4. D. eod.

THES. II. Prohibentur, porrò furiosi & mente capti l. 5. l. 40. de Reg. Jur. l. 1. §. 12. de Obl. & Act. l. 70. §. 4. de fidejuss. l. 2. C. de Contrah. emt. ebrii qui furiosis æquiparantur arg. c. 12. X. de vita & honest. Cleric. can. 7. quæst. 1. caus. 15. Item prodigi, quibus interdicitur bonis decreto Magistratus l. 10. l. 16. §. 1. de Curat. furios. l. 9. §. 7. de reb. credit. cap. Veritatis 8. X. de dolo & contumacia. l. 40. de Reg. Jur. l. 6. de V. Obl. & hos ne quidem naturaliter obligari ex contractu sine curatoris consensu inito putamus d. l. 40. de R. J. d. l. 6. de V. Obl. Gadd. de Contrah. Stip. c. 7. concl. 10. n. 126. & seqq. Hanon; Diss. ad Instit. 3. th. 32. Diversum tamen est in Cæcis, surdis &

dis & mutis l. 48. de Oblig: & Act: l. 4. §. 1. de pact: modo vel ipsi
mentem suam per signa vel literas exprimere; vel aliorum volun-
tatem per visum aliaq. signa secundum eorum conditionem adhi-
bita percipere queant. d. l. 48. de Oblig: & Act: l. 65. §. 3. ad
sfl. Trebell.

THES. III. Lege prohibentur I. Magistratus in ea provincia
cui praesunt, emere, ne vel privatis hisce commerciis intelli-
publicae rei curam omittant arg. l. 13. de re milit: vel metu imperii
vilius addicere res suas cogantur provinciales. l. unic: C. de Con-
tract: Jud: l. 6. §. ult. de off: Praecons: l. 45. de C. E. l. 46. §. 2. de Jure
fisc: l. 62. D. eod: Poena enim eminentis Praesidis à provincialibus
est, quod rem perdat & simul pretium, venditor enim recipit rem
retento pretio. l. 11. C. de hu qua vi metusve caus: Non obst: d. l.
46. §. 2. ff. de Jure fisc: Resp: Cujac: d. l. 46. esse intelligendam de
eo casu quo venditor provincialis quinquennium tacuit, nec intra
illud rem repetit: Sed hanc conciliandi rationem merito impro-
bat Giphanius in C. ad d. l. u. qui ibidem adjicit hanc Jurisprudenciam
Romanam Universam ferè Europam exolevisse. Ob similem rationem
statuunt non pauci contractus non modo inter advocatum & Cli-
entem prohibitos, l. 6. §. 2. C. de postul: sed & inter medicum & aegrotum
p. l. 3. ff. de Extraord: cognit: Pinellus ad l. 2. C. de Resc: Vend. p. 2. c. 2. n. 33. &
segg. quod immeritò displicet Bachov. ad Treut: vol. 1. D. 6. sb. 7. Lit: C.

THES. IV. Prohibetur 2. pater contrahere cum filio, & con-
tra; Conventio enim horum regulariter est inefficax. l. 2. ff. de
C. E. l. 7. ff. de Obl: & Act: l. 4. de jud: nisi paciscantur de bonis Ca-
strensibus & quasi d. l. 4. ff. de jud: l. 15. de Castrens: pecul: vel de
iis bonis quorum usus fructus patri non acquiritur. arg. l. ult. §. 5.
ver: filius autem famil: C. de bonis que libert. & c: porro Dominus
cum servo contrahere nequit pr. Inst: per quas person: nob: acquir: l.
38. & segg. de v. Obl: l. 56. §. 1. de fidejuss:

THES. V. Mulieres, cum moribus nostris minoribus ferè
comparentur, consequens est, eorum contractus & actus, quibus
patrimonii imminutio fieri potest, absq. curatoris consensu cele-
bratos, ipso jure esse nullos, adeo, ut nec naturaliter ex iis obligen-
tur, Vid: Dr: Mey: in Com: ad Jus Lubec: Lib: 1. tit: 10. art: 3. n. 32. & segg.
Carpzov: p: 2. cons: 15. def: 1. n. 1. & segg. cui assertioni plurima
esse

esse confectaria monet *loc. alleg.* nempe fidejussorem pro
contrahente muliere sine curatoris consensu intervenien-
tem non obligari. *arg. §. 1. inst. de fidejuss. arg. l. 6. de V. Obl.* he-
redes mulieris rem alienatam licet traditam, nec ab eadem re-
vocatam post mortem ejus rectè vindicare. Item mulierem ex er-
rore solventem per conditionem indebiti solutum posse repetere.
arg. l. 40. ff. de Condict. indeb.

CAPUT III.

De

CONSENSU EMENTIUM ET VENDENTIUM.

THES. I. Communis quidem omnium contractuum spiri-
tus est consensus *l. 1. §. 3. de pact.* Sed tamen is solus ad quorundam
perfectionem constituendamq; obligationem non sufficit, nisi aut
res aut verba aut literæ concurrant *pr. inst. de Oblig. ex consens.* Di-
versum obtinet in emtione venditione cæterisq; contractibus con-
sensu constantibus, utpote qui solo consensu absolvuntur, nihilq;
desiderant præter mutuam contrahentium voluntatem *d. pr. inst.*
ead. l. 2. de Oblig. & Act. l. 1. §. 2. de rer. permut. Unde infert Im-
perator in *d. pr. cum Gajo in d. l. 2.* hujusmodi negotia inter ab-
sentes puta per solum nuncium aut epistolam nudam contrahi
posse *d. pr. inst. eod.* Consensus autem ille est expressus, vel taci-
tus, expressus est, qui signis conceptuum manifestativis, ut ver-
bis, literis *l. 2. de pact. l. 4. pro socio.* vel etiam nutu, *arg. l. 21. de le-
gat. 3.* declaratur: Tacitus est, qui ex facto aliquo colligitur *vid.*
l. 12. de evictio. l. 6. §. 2. l. 18. Mandati: l. 4. pro socio.

THES. II. Cæterum, quod dixi, emtione venditionem
solo consensu constare, id qua ratione sit accipiendum, monui
jam supra *cap. 1. th. 4.* nempe præter consensum etiam requiri mer-
cem & pretium. *l. 72. de C. E. l. 4. D. eod.* An autem merx &
preti-

pretium sint quoq; substantialia hujus contractus, an verò ejus substantia consistat in solo consensu essentialiter respiciente hæc duo, dubium facit *Bacchov. in not. ad Treutl. vol. I. D. 28 th. 2. lit. A.* qui hoc posterius probat à pari; stipulationis inquit, essentia consistit in solis verbis solennibus exclusa re: E. & emtionis & venditionis essentia consistit in solo consensu excluso objecto; confirmatur, quia nunquam est objectum de essentia actus. *v. gr. de essentia visionis non est res quæ videtur, licet eandem essentialiter respiciat.* E. nec merx nec pretium erunt de essentia consensus. Sed hæc à Bacchovio invita jurisprudentia asseruntur, licet fortè philosophicè defendi possent; moveor claro textu *in l. 72. ff. eod.* Ad rationes Bacchov. respondet *Hahn. in not. ad Wesenb. h. t. n. 5.* distinguendo inter emtionem absolutè & respectivè consideratam, quæ distinctio valeat, quantum potest.

THES. III. Consensus habet duo principia cognitionem & voluntatem; bonum cognitum movet voluntatem. Est enim, voluntas potentia cæca, ab intellectu proinde illuminanda; ex cuius errore erroneum, quoq; sequi consensum necesse est. Cui cum error sit contrarius *l. 116. §. 2. de R. J. l. 15. de juridict. l. 20. de aqua & ag. pluv. arcend. l. 57. de Obl. & Act.* distinctius explicandum erit, quomodo error contractum emtionis & venditionis vitiet.

THES. IV. Et quidem contrahentes errant vel in persona, vel in re: Error in persona ipsa aut ejus qualitate facit ut contractus emtionis sit nullus. arg. *l. 2. D. de judic. l. 9. pr. de hered. Instit. l. 2. §. 16. pro emt.* Error circa rem commissus est iterum vel nominis vel rei; Nominis error venditioni non obest, modo contrahentibus de corpore constet, *l. 9. §. 1. h. t.* Sunt enim nomina, reperta rerum significandarum gratia, quæ si alio modo intelligantur, nihil refert, *§. 29. Inst. de Legat.* Error rei contingit vel in toto corpore sive supposito & emtio est nulla, *d. l. 9. D. h. t.* vel in parte; estq; iterum vel substantiæ, vel qualitatis. Ob errorem substantiæ sive materiæ ex qua compositum est corpus in quod contrahentes consensere, emtio nulla est, *l. 14. D. h. t. l. 41. §. 1. l. 9. §. 2 D. eod.* quod verum est, si in totum erretur in materiâ; secus est, si solum in aliqua ejus parte *d. l. 14. eod.* quo casu datur emtori actio ex contractu contra venditorem ad id quod inter-

B

est se

est se non esse deceptum l. 21. §. 2. de Act. emt. in quo §. rectius contra Cujacium legitur emtionem esse quam non esse. Gadd. de Contr. Stipul. c. 3. n. 37. & seqq.

THES. V. Quod errorem circa rei qualitatem commissum attinet, sciendum est, vel errari in qualitate rei legali, quæ facit rem esse extra commercium; cuius qualitatem si uterq; contractantium non ignoret, vel saltem emtor, non subsistit venditio. l. 6. l. 32. §. 2. l. 70. D. h. t. quod si uterq; ignoret rei qualitatem vel solus emtor, subsistit emtio l. 4. D. h. t. d. l. 70. eod. non quidem ut res ipsa emtori debeatur, sed ut vel interesse præstet emtori venditor, qui rei conditionem non ignoravit. l. 62. §. 1. h. t. vel pretium restituat emtori, eo casu, quo nec ipse rei qualitatem scivit. arg. l. 33. ff. locat. Vinn. ad §. ult. Inst. de E. V. Vel esse errorem in qualitate rei venditæ naturali, & subsistit venditio caus. 29. quest. 1. in fin. l. 10. l. 11. §. 1. l. 9. §. 2. h. t. & contra venditorem non ignorantem ad id quod interest agi potest. l. 11. §. ult. in fin. l. 13. §. 1. de Act. Emt. Error autem in sexu commissus facit non valere emtionem l. 11. §. 1. h. t. quia ille non est qualitatis simpliciter, sed qualitatis essentialis Franizk. in Com. Digest. h. t. n. 65. quo etiam refero errorem virginitatis, ut si quis putet eam, quam ducit, esse virginem, cum sit deflorata virginitatis, contra Gratianum in d. caus. 29. quest. 1. Idem obtinet si error sit in causa contractus l. 55. de Obl. & Act. l. 9. D. h. t. l. 18. de R. C.

THES. VI. Præterea consensus in emtione venditione præsens esse debet, non in futurum directus, ut promissio de emendo & vendendo differat ab ipsa emtione venditione arg. l. 1. ff. de Sponsal. Huic contrarius est metus. l. 116. de R. J. non obs. l. 21. §. pen. D. quod met. caus. vid. Pas. Cent. 2. quest. 67. ejusmodi actiones metu extortæ philosophis dicuntur mixtæ, magis tamen ad voluntarias, quam ad involuntarias actiones philosopho inclinare videntur. Metus itaq; emtionem & venditionem ipso jure non vitiat, sive ei causam dederit, sive solum in eam incidit. l. ult. §. 1. quod met. causa. l. 3. l. ult. C. eod. l. 21. §. pen. ff. d. t. Cap. 2. X. eod. secus est in dolo, qui si huic contractui ut & cæteris bonæ fidei contractibus causam dederit, ipso jure vitiantur l. 7. pr. ff. de

dolo

Adolo mal. l. 16. §. 1. de min. Carpz p. 2. Const. 34. def. 9. ubi notat electionem esse parti lasæ, an velit ad supplementum agere, & servare contractum.

THES. VII. Cœterum utut regulariter nemo ad emendum & vendendum potest cogi. *l. 11. C. h. t. l. 5. C. de Obl. & Añ. l. 1. C. de Resc. vend.* Sunt tamen casus quidam certi in jure expressi, quibus quis ad emendum vel vendendum potest compelli: quo non refero illos, quibus ob testatoris voluntatem quis emere vendere cogitur, heres enim dum adit hereditatem, quam potest alias repudiare, hoc ipso se spontè censetur voluntati testatoris subjicere. *l. 49. §. pen. & ult. l. 66. ff. de legat. 1. eleganter Dn. Seruv. Exercit. 23. thes. 8.*

THES. IIX. Solùm ergò excipiuntur illi, quibus quis à lege ad emendũ vel vendendum cogitur. 1. ob nimiam sevitiã Dominus compellitur servos suos vendere §. *fin. Inst. de his qui sunt. sui. vel alien. jur.* quod ob paritatem rationis Dd. extendunt quoq; ad eos, qui subditos suos durius tractant; quod nempe hi superioris autoritate cogi possint, ut jurisdictionem in alios transferant, *Mysf. Cent. 1. obs. 8.* 2. ob religionem vicinus vicino iter ad sepulturam vendere tenetur *l. 12. ff. de religiof. & sumptib. funer.* 3. ob publicam utilitatem & singularem necessitatem tempore annonæ victualia tenetur civibus vendere, quorum habet copiam *l. 1. & 2. C. ut nemini liceat in emt. specier. & c.* item fundum ad necessarium Reipubl. vel Ecclesiæ usum *arg. l. 14. §. 1. ff. quemadm. servit. amitt.* 4. ob communionem evitandam; sic cum duobus eadem res est pro inæqualibus donata partibus, qui in ea habet ampliorem summam, alterum potest cogere, ut sibi minorem partem vendat; qui verò minorem partem, cogere alterum potest ad emendam minorem, aut majorem quoq; vendendam *l. 34. §. 2. C. de donat.* ut & is qui antea partem unam rei pro indiviso communis vendit, cogitur partem quæ postea accessit eidem vendere *l. 13. §. 17. ff. de adion. E.* his casibus autem rectè monet *Frantzke in Comment. §. h. t. n. 96.* justum esse solvendum pretium. Sciendum hic est, ementium & vendentium libertatem statutis locorum variè limitari de quo *Mev. in Comm. ad Jus Lub. lib. 3. tit. 6. art. 7.*

CAPUT IV.

De

REBUS EMENDIS ET VENDENDIS.

THES. I. Rerum omnium (intellige certarum & determinatarum *l. 8. pr. de peric. & com. rei vend.*) quas quis habere, possidere, vel persequi potest rectè venditionem fieri, ait Paulus *in l. 34. §. 1. de C. E.* non modo corporales tam immobiles *l. 40. l. 41. d. 1. ad quarum venditionem jure Lubecensi requiri cessionem solennem notat Dn. Mevius in Comment. ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 6. art. 1.* non quod absq; ea contractus emtionis & venditionis non sit perfectus, sed quod firmior paratiorq; obligationis causa inde prodeat *d. art. 1. n. 6. & seqq.* quàm mobiles & se moventes *l. 44. l. 45. l. 29. ff. eod.* sed & incorporales, ut hereditas, vel tota, vel ex parte: quo casu id omne venditum videtur, quicquid ex hereditate ad venditorem à morte testatoris pervenit, perventurumq; est in id tempus, quo facta est venditio. *l. 2. §. 1. 4. & 9. ff. de hered. vel. act. vend.* non tamen jus accrescendi, *arg. d. l. 2. §. 1. & 2. facit l. 69. de C. E.*

THES. II. Actionum & nominum rectè quoq; fit venditio *l. 2. C. de Obl. & Act. 11. ff. & C. de hered. vel. Act. vend.* sive ex sint in rem, sive in personam, sive ex contractu, sive ex delicto descendant, *l. fin. C. de hered. vendit. l. 35. §. 4. de Contr. Em. debitore licet dissentiente l. 3. C. d. 1. l. 1. C. de novat.* Odio autem redimentium alienas lites & actiones, fraudulentèq; creditoribus persuadentium, ut viliori pretio sibi vendant, & miserisq; debitores litibus divexent, constituit Anastasius Imperat. *in l. pen. C. mandati.* ne valeret ejusmodi venditio ultra modum soluti pretii, id est, ne actionis emtor plus consequeretur à debitore, quam ipse Creditori solvit; cujus non paucas vide exceptiones apud *Berlich. decis. 33.* sed sanctionis Anastasianæ hujus usum in tota ferè Europa exiguum superesse monet *Giphan. in d. l. pen.*

THES.

THES. III. Vendi quoque rectè possunt **annui**
 redditus wiederkauffliche Zinsen / Nov. 160. c. 1. & 2. in Ex-
 travag. de emt. & vend. Reichs-Abscheide de Anno 1530. de Anno
 1548. & de Anno 1577. Titul. von wucherlichen Contracten. Gail. lib.
 2. Obs. 5. & 7. quorum emtio venditio non est fucata sed verissima,
 differtq; essentialiter à mutuo: quia contrahentes non intendunt
 mutuum contrahere, sed emtionem & venditionem, ex intentio-
 ne autem agentium contractus esse æstimandos aliàs diximus ex
 l. 55. de Obl. & Act. vid. Hahn. in Not. ad Wesenb. tit. de usur. n. 14.
 qui ibidem ut valeat hic contractus rectè moner duo observanda:
 1. ne ultra quincunces in singula centena recipiantur d. Recess. Impe-
 rii de Anno 1577. 2. ut facultas annum censum redimendi compe-
 tat soli venditori non emtori. d. Recess. Imp. §. 9.

THES. IV. Jure Romano fructus pendentes, qui ariftis vel
 filiquis adhuc continentur rectè quoq; venduntur l. 25. de Act. E. l.
 78. §. fin. ff. de C. E. prohibitum verò in Recess. Imperii de Anno 1548.
 Tit. von Verkaufung der Frucht im Feld. Nec minus res alienæ l. 28.
 de C. E. quia non dare sed tradere venditorem oportet. l. 11. §. 2. de
 A. E. l. 30. §. 1. D. eod. Spei quoq; est emtio l. 8. §. 1. h. t. l. 12. ff. de
 A. E. captus piscium, ferarum, avium rectè emuntur, & pretium
 venditori solvendum, licet nihil fuerit captum. d. l. 8. §. 1.

THES. V. Vendita re quicquid eidem tempore contractus
 cohaeret, censetur quoq; venditum l. 69. ff. h. t. l. 77. eod. Wesenb. in
 parat. h. t. n. 8. Sic ædibus venditis, illa quoq; debentur, quæ pro-
 pter ædes perpetui usus causa habentur, ut Claves, seræ &c. l. 17. ff. de
 A. E. item quæ ædibus sunt affixa, licet nulla eorum in instrumento
 venditionis facta sit mentio. d. l. 17. ff. eod. arg. l. 44. de evict. Carpz.
 p. 2. const. 33. def 20. fundo vendito debetur quicquid terra tenet
 d. l. 17. l. 13. §. 10. ff. eod. non ruta & casa d. l. 17. §. 6. vel ex distina-
 tione patrisfamil. pro immobili quasi habetur. d. l. 17. §. 2. & fin. ff.
 eod. Carpzov. diæt. Constit. def 19. sic fundo vendito, in quo est piscina
 vel stagnum, debentur quoq; pisces propagationis gratia inclusi in
 spem gentis squamigeræ; secus si habentur in piscina aut stagno
 custodiae causa l. 15. ff. de Act. emt. Motz. de natural. emt. & vend. n. 56.
 An vacca vendita debeat vitulus, equo vendito ephippium, fre-

num, vide sub distinctione afferentem *Hahn. in not. ad Wesenb. h. t. n. 8.*

THES. VI. Caterum sciendum hic venditionem rerum, quæ mensurari, ponderari, & numerari queunt, esse geminam; vel enim fit ad corpus, vel ad quantitatem; ad corpus fit, si vel quantitatis nulla prorsus fiat mentio, vel ea solum adjiciatur corpori demonstrationis, non taxationis ergò, quod ex mente contrahentium colligendum est, quæ conjicitur ex eo, si à corpore fiat initium & postea subjungatur mensura: hoc modo si contracta fuerit venditio, & res vendita excedat quantitatem demonstrandi gratia adjectam, commodo id esse emtoris: Si verò minor quantitas postea deprehensa fuerit, id erit detrimento ejusdem, nec ideò pretium deminui potest *l. 42. de Act. E. l. 45. de evict. l. 13. §. 14. de Ad. E. Andr. Rauchb. p. 1. quest. 21. n. 9. Carpzov. Lib. 5. Resp. 25.* Ad quantitatem fit venditio, quando taxationis causa quantitas exprimitur, & pretium vel in singulas amphoras vini, in singula jugera agri &c. vel conjunctim initio contractus sumpto à quantitate statuitur, ut inde non demonstrationis sed taxationis causa adjectam esse aperte constet *Andr. Rauchb. d. l.* Hoc casu certum est, si ea non reperitur quantitas, quæ à venditore fuit expressa, teneri eundem vel ad supplendum id, quod deest, vel eidem tantum de pretio detrahendum, quantum respondet ei, quod deficit, vel si major inveniat, emtorem ad augendum pretium teneri *l. 40. §. 2. ff. de C. E. cap. 5. X. de donat. Carpzov. d. l. & Jurüp. for. p. 2. C. 33. def. 9. & seqq.*

THES. VII. Vendit autem nequeunt, quæ vel non existunt in rerum natura, nec existere possunt, vel si sunt aut esse possunt, in commercio tamen non sunt; ex illis antea quædam fuere, sed amplius non sunt, ut equus ante venditionem mortuus *l. 15. de C. E.* quæ venditio adeo est invalida, ut ne quidem debeatur æstimatio *arg. l. 103. de V. Obl.* quædam verò nec fuere, nec esse possunt, quo pertinet venditio Chimææ, seu Hippocentauri. *arg. §. 1. Inst. de inutili lib. stipulat.* Quæ non sunt in commercio vel absolute exente sunt ab eo, vel secundum quid; illæ rursus, vel naturà, vel jure: naturà liber homo *l. 6. pr. l. 34. §. 2. l. 70. ff. h. t.* cujus venditio adeo est inutilis, ut ne quidem sub conditione sustineatur *d. l. 34. §. 2.*
nisi pa-

nisi pater (non etiam mater aut avus) ob nimiam paupertatem victus causa filium vendat l. 2. C. de Parric: qui filios distrax: Vulturnus 7. R. lib: 1. c. 381, m. 25. Jure, ut res sacræ & religiosæ l. 4. l. 6. l. 22. & 24. ff: b: 1. uti & sanctorum reliquiæ l. 3. C. de SS: Eccl: exceptiones vide in l. 27. C. d: 1: Can: aurum: caus: 12. quæst: 2. d: l 22. ff: b: 1: l. 62. de A: R: D: Cap: 13. X: de jure patron: cap: 7. eod: item res publicæ, quarum proprietas est certi alicujus populi, usus vero omnibus indifferenter patet. §: 2. Inst: de R: Divis: ut & res universitatis, quibus licet singuli de universitate commoditatis gratia utantur, non tamen eorum venditio ab iisdem facta valet l. 6. D: h: 1: l. 22. ff: eod:

THES. VIII. Secundum quid commercio eximuntur, vel ratione ipsorum contrahentium, vel ratione rei, ob qualitatem aliquam ei inhærentem, quæ facit, ut vendi nequeat: quo pertinent 1. res litigiosæ, quarum Nostris moribus salvo jure tertii permessa est venditio, vid. Struv: Synagm: Jurapr: Exer: 46. th: 51. 2. Res furtivæ, quæ considerantur vel respectu contrahentium, vel respectu ipsius Domini, cui sunt subtractæ: Priori casu, quando subsistat, vel non, docet sub distinctione: l. 34. §. 3. de C: E: posteriori casu venditio adeò non valet, ut emtor etiam b. f. rem domino sine pretii refusione restituere cogatur. l. 2. C. de Jurr: l. 3. l. 23. C. de R: V: Const: Carol: V. art: 207. & 213. Carpzov: p. 4. Const: 39. def: 5. Dn: Mey. in Comment: ad Jus Lub: Tit: 1. lib. 4. art: 6. nisi vel eo sine, ut Domino restitueret, emerit, & protestationem literis contractus inferi curaverit; quo casu emtor, ad restitutionem rei furtivæ non tenetur, nisi ei pretium reddatur, quasi utiliter Domini negotio gesto. arg. l. 11. C. de negot. gest. Carpzov: d. l. def: 7. Dn: Mey: d. art: 6. n. 1. & seqq. ubi rectius id sub distinctione asserit: vel b. f. consumserit & alienaverit, quo casu non tenetur nisi in quantum factus est locupletior. Carpzov: p. 4. Const: 40. def: 9. 3. Venenum malum (quia datur etiam venenum non malum l. 3. §. 2. ff. ad Legem Cornel. de Sicar.) quod nullo modo adjectione alterius materiæ nostro usui servire potest l. 236. de V. S. De eo, quod cum aliis mixtum naturam nocendi adeò amisit, ut inde medicamenta possint confici,

contra.

contrarium statuendum est, l. 35. §. 2. b. t. vendentes autem malum
venenum hominis necandi causa l. Cornel. de Sicar. puniuntur l.
30. pr. §. 1. & 3. ff. ad L. Corn. de Sicar. Quid pharmacopolæ ob-
servare debeant in venditione veneni, docet Constit. Carol. V. art.
37. §. fin. Carpov. prax. Crimin. quæst. 20. n. 8. & 9.

THES. IX. Ratione personarum contrahentium res com-
mercio eximuntur, vel respectu venditoris, vel respectu emtoris ;
Respectu venditoris alienatio est interdicta maritis prædii dotalis
l. unis. §. 15. C. de re uxor. act. princ. Inst. quib. alien. licet vel
non. vassallis feuda sine consensu Domini 2. Feud. tit. 34. cap.
unic. §. similiter. & 2. Feud. Tit. 40. tit. 55. Tutoribus & cura-
toribus rerum pupillarum & minorum, quæ servan-
do servari queunt absq; decreto judicis. l. 2. & 11. C. de præd. min.
licet ea venditio minori sit utilis futura l. 5. §. 14. l. pen. ff. de reb. eo-
rum qui sub tut. & c. Perez. in C. ad tit. de præd. Min. & c. n. 3. Deniq;
res, quarum alienationem testator prohibuit l. 114. §. 14. de leg. 1.
l. 69. §. 3. de Legat. 2. modo causam prohibita alienationis expri-
mat. d. l. 114. §. 14. Si enim nullam alienationis vetita causam
adjiciat, venditio non est irrita. l. 38. §. 4. de leg. 3. Frantzke. in Com-
ment. ff. h. t. n. 183. & seqq.

THES. X. Respectu emtoris interdicta est emtio mancipii
Christiani judæis, Paganis & hæreticis t. tit. C. ne Christian. Mancip.
hæret. vel Judæis & c. quæ autem sit pœna ejusmodi mancipium ex-
mentium docet l. 1. & 2. C. d. t. ibiq; Perez. in C. ad d. t. Reijam
emtoris propria nulla quoq; est emtio l. 16. h. t. l. 4. C. eod. l. 45. ff.
de R. J. L. 37. D. de Condict. indeb. Admittitur tamen
rei suæ emtio si vel fiat sub conditione, atq; illa existente res
non sit amplius emtoris l. 61. h. t. facit l. 29. §. ult. l. 31. l. 98. de V.
Obl. diversum obtinet in rebus absolutè commercio exemptis, vid.
supra th. 7. hoc Cap. ratio est in l. 26. ff. de stipul. Servor. vel si ususfru-
ctus saltem sit emtoris l. 16. §. 1. h. t. vel proprietas possit avoca-
re. l. 4. C. eod.

CAPUT

CAPUT V.

De

PRETIO EMTIONIS ET VENDITIONIS.

THES. I. Inter substantialia emtionis & venditionis retulimus jam supra pretium pro merce solvendum *l. 36. l. 72. h. i. l. 8. C. eod. de quo videndum in quo consistat, & quale esse oporteat; Et cum res pretio determinate aestimentur, l. 16. §. ult. de pign. l. 21. C. de jur. dot. (nec enim pretium qualiscunq; rei aestimatio est) manifestum fit, in pecunia numerata pretium consistere debere § 2. *Inst. h. t.* Nam si res re quodammodo aestimetur, non tam venditio, quam permutatio contrahitur; quæ ipsa utut ratio commutandi inutilia cum inutilibus sit antiquissima & comparandi res necessarias, duo tamen hæc habebat incommoda i. quod non semper eveniebat, ut quod alter haberet, alter desideraret *l. 1 ff. h. t.* alterum quod etsi ita accideret, inæqualis tamen rerum fieret aestimatio; hisce difficultatibus gentes subvenere electa materia nummi, utpote quo omnes res specificè aestimarentur, usumq; sui non tam ex substantia (quæ tamen ipsa ex numero utilium esse debet) quam ex quantitate præberet; quæ quantitas primùm pondere definiebatur, postea, ut ponderandi molestia evitaretur, per impressam notam eandem designari placuit: Et ergò patet nummum absolute consideratum esse juris Gentium; relatè verò & in concreto esse juris Civilis *Struv. in syntagm. Jurispr. ad ff. Exercit. 23. th. 16.**

THES. II. Sed quid si unà cum pecunia res aliqua conjungatur, qualis tunc erit contractus? placuit communiter mentem & verba contrahentium esse spectanda *l. 34. D. R. § l. 6. §. 1. h. t.* quod si pecunia æquet rei pretium, indubio præsumendum erit pro emtione venditione, tanquam contractu firmiori & frequentiori *Bacchov. in not. ad Trutel. vol. I. D. 30. th. 5. Wisenbach. D. ad ff. 37. th. 9.* quod secus est, si jus ex eo contractu aliis competat; quo casu pro mixto contractu separabili tamen, habetur *Franzck. in Comment. ff. h. t. n. 2. 15.*

C

THES.

THES. III. Quod pretii qualitatem attinet, requiritur i. ut illud sit verum, ut excludatur simulata seu imaginaria venditio, qualis est ubi vel pretium simulanter definitum ab utroq; contrahente, in initio contractus aut ex post facto; donationis autem causa non exigitur. *l. 36. l. 38. ff. b. t. Qui actus licet non valeat ut venditio l. 35. ff. b. t. l. 54. de Obl. & A. valet tamen ut donatio l. 3. & 9. C. b. t. vel ubi res majoris momenti uno venditur nummo l. 46. ff. locat. qui tantum abest, ut pretii nomine hoc casu veniat, ut potius in iure eidem opponatur l. 10. §. fin. de Acquir. poss. Zoës. in Comment. ff. b. t. n. 32.*

THES. IV. 2. Requiritur ut sit certum; nam si sit incertum, emtio imperfecta censetur, nec ulla obligatio nascitur *l. 35. §. 1. h. t. ut nec valeat, si scilicet emtor faciat mentionem pretii quod iustum declarabitur. arg. §. 1. Inst. b. t. Pinell. ad rubr. C. de Resc. vend. p. 2. c. 1. n. 19. qui ibidem bene amplectitur, responsionem Barr. ad l. 16. §. fin. de pignor. à diversum sentientibus oppositam. Hinc nec instrumentum venditionis, in quo quantitas pretii non est expressa, quicquam probat *Gail. Lib. 2. Observ. 13. Ludvell. Disput. ad Inst. 13. th. 2. lit. E.**

THES. V. Certum autem est pretium vel per se, vel evidenti relatione ad aliud: per se, si id contrahentes ipsi determinaverint, & expresserint: per relationem evidentem ad aliud, si vel respiciat quantitatem antea certo modo definitam; veluti quanti tu eam rem emisti, quantum pretii in arca habeo, vel quod in arca existit, *l. 7. §. 1. h. t. modo revera pretium in arca sit, alioqui non subsistit venditio l. 37. ff. eod. junde Bacchov. ad Treutl. vol. 1. D. 28. th. 6. lit. D. Pinell. ad rubr. C. d. Resc. Vend. p. 2. c. 1. n. 3. ubi rectè ridet distinguentes inter pretium quod in arca habeo, & quantum in arca habeo. Vel arbitrium tertii, qui rursus vel in genere sub boni viri mentione, vel sub nomine proprio exprimitur: priori casu non valet emtio venditio *l. fin. C. h. t. l. 25. locat. Unde sequitur quoq; emtionem factam eo pretio, quod constituent duo periti non valere d. l. fin. C. eod. Pinell. ad rubr. C. d. Resc. vend. p. 2. c. 1. n. 6. Vinn. in Comment. Inst. ad §. 1. h. t. n. 4. moribus tamen hic contrahendi modus rectè admittitur *struv. in Synagm. Jar. Exercit. 23. th. 19. posteriori casu videndum rursus, an definiverit tertius***

tertius vel non, si definiuerit, valet emptio §. 1. *Inst. b. t. d. l. fin. C. cod.*
 & definitioni illius erit standum, nisi manifesta ejus appareat ini-
 quitas, quo casu iniquitatem arbitrio boni viri posse corrigi con-
 fentiens ferè est Interpretum sententia l. 78. & seqq. ff. pro socio: Si
 non definiuerit, pro nihilo esse venditionem ait Imperator in d. §. 1.
Inst. b. t. Illud notandum, definitionem pretii non posse con-
 ferri in arbitrium ementis aut vendentis l. 35. §. 1. b. t. *Harprecht. ad*
§. 1. Inst. b. t. n. 14. Pinell. in rubr. C. de Resc. Vend. p. 2. c. 1. n. 6.

THES. VI. Tertio requiritur ut pretium sit justum; quod
 merci proportionatum & æquivalens est *Aristot. 5. Eth. c. 7.* propor-
 tio verò hinc non requiritur mathematica & præcisa, sed civilis
 prout fert humanæ sortis conditio, ut liceat aliquando carius vel vi-
 lius distrahere, quàm verà æstimatione valeant: Licet enim con-
 trahentibus naturaliter (id est, jure, seu moribus gentium ita per-
 mittentibus, in commodum societatis civilis & commerciorum) in
 pretio emtionis & venditionis se invicem decipere l. 16. §. 4. d. minor:
l. 22. §. fin. ff. locati. l. 8. C. de Resc. Vend. deceptionem autem intellige
 non fraudulentam, sed quæ est sine malitiâ, quam rectè solertiam
 negotiativam vocant passim Dd. Si enim dolo res aut pluris vendat-
 ur aut minoris ematur, quàm reverà valet, licet læsio sit infra di-
 midium, emptio nec de jure naturali, nec civili procedit, nisi id, in quo
 contigit læsio, resarciatur, l. 13. §. 4. & 5. D. de A. E. l. 43. ff. b. t. An autem
 contra jus naturæ peccet, quietiam absq; fraude rem pluris alteri
 vendit, aut minoris emit quam valet, vid. *Frantzk. in Comment. b. t. n.*
236. & Habn. in not. ad Wesenb. b. t. n. 12.

THES. VII. Illud certum est, licuisse ante l. 2. C. de rescind. vend:
 ementibus & vendentibus in pretio etiam ultra dimidium se dicipe-
 re, quod benè probat *Pinellus ad l. 2. C. de Resc. Vend. p. 1. c. 1. n. 3.* nec re-
 medium d. l. 2. cognitum fuisse Jctis, l. 16. §. 4. ff. de minoribus. ut pro-
 indè d. l. 2. C. de Rescind. vend: jus omninò novum contineat non so-
 lum venditoris sed & emptoris gratia introducendum arg. l. 1. C. de Cu-
 press. ex ludo Daphnens. & c. *Pinellus ad d. l. 2. p. 1. c. 2. n. 1. Perez in C. ad d.*
Tit. n. 5. Carpzov. p. 2. constit. 34. defn. 8. Giphon. in C. ad d. l. 2. qui ibidè
rectè statuit huic remedio esse locum in venditione rerù mobiliùm
frustrà dissentiente Cujacio Carpzov. d. l. Cessat autem 1. si speciali-
ter eidem fuerit renunciatum l. pen. C. de pacti; Carpzov. de Constit. 34.

*definit. 2. n. 10. 2. Si venditor sciat verum rei pretium l. 53 ff. de Reg. Jur. l. 145. eod. Carpzov. d. consil. 34 def. 3. n. 4. nisi magna necessitate compul-
sus vendiderit Giphau: ad d. l. 2. 3. in venditione iurata arg. l. 1. c. si ad-
versus vendis: nec distinguimus hic inter læsionem enormem & e-
normissimam Giphau ad d. l. 2. 4. in venditione sub hasta publicitus
facta cessare d. l. 2. putat. Carpzov. Lib. 4. respons. 1. cujus non placet sen-
tentia, propter ea quæ habet ibidem: plura de his vid. apud Giphau,
d. l. & Dd, passim.*

CAPUT VI.

De

HIS QUÆ EMTIONI ET VEN- DITIONI SOLENT ADJICI.

THES. I. Adjici solet 1. huic contractui dies certus; circa
quem duplex inspectio est; vel enim dies per modum termini ad
quem adjicitur *l. 80 §. 2. h. r.* & emtio est pura; existente autem die
agenti opponi potest exceptio pacti vel doli §. 3. *Inst. d. V. Obl. l. 56. §. 4.*
ff. eod. quia tempus præsertim conventionem partium adjectum obli-
gationi non finit eandem ipso jure *l. 44. §. 1. de Obl. & Act.* vel per mo-
dum termini à quo, seu post cujus lapsum licet exigere & tum obli-
gatio & actio quidem in actu primo est, sed non in actu secundo nisi
existente die *l. 213 d. V. signif. d. l. 44. §. 1. de obl. & Act. Dn. Struv. in Syn-
tagm. Jurispr. Exercit. 23. th. 24.*

THES II. Adjici solet 2. eidem conditio, quæ obligationem &
actionem suspendit & differt in aliquem casum; ut deficiente ea
contractus retrò sit nullus *l. 37. h. r.* eà verò existente perfectus de-
mum ceseatur *l. 7. pr. h. r. l. 8. de peric. & comm. rei vend.* Sed quid si pen-
dente conditione res tradatur? Resp. nec idèò contractus perfectus
erit *d. l. 8. ff. d. r.* licet dominium aliquod vel usucapiendi conditio, si
res sit aliena, in emtorem transferatur. *l. 16. in fin. de solut. l. 7. §. 3. cum*
1. seqq. ff. de Jur. dot. l. 1. §. 2. ff. pro dote.

THES III. Emtio venditio 3. variis pactis quoq; modificatur re-
spici-

spicientibus ejus tum constitutionem, tum dissolutionem, quæ ut distinctius & plenius explicemus, suppono. 1. Contractus hujus alia esse essentialia, eaq; rursus vel constitutiva l. 72. ff. h. t. l. 1. §. 36. 57. h. t. vel consequentia l. 80. §. ult. ff. h. t. l. 50. ff. d. Ad. E. §. 41. Inst. d. R. divis. vel naturalia, l. 11. §. 1 & 2. de A. E. l. 72. h. t. facit l. 31. §. 20. de Edil. Edict. vel accidentalia d. l. 72. h. t. l. 37. de evid. l. 7. §. 5 de pactis. Struv. Syntagm. Jur. r. p. r. Exercit. 6. lib. 24. Frantzk. in Comment. ff. h. t. n. 319 & seqq.

THES. IV. Suppono 2. pacta quædam huic contractui uti & aliis contractibus adjici in continenti, quando scilicet vel additur nondum absoluto contractu, vel eundem jam perfectum immediate sequitur l. 7. §. 5 de pact. l. 3. C. de Edil. Actio. dixi immediate, quia pactum contractui licet perfecto in continenti appositum pro eo habetur, ac si in ingressu contractus esset adjectum l. 27. C. de pactis. Carpzov. p. 1. Const. l. definit 16. n. 6. Quædã verò ex intervallo, quando scilicet post tractum paulò longiorem temporis, vel postquam se contrahentes ad alia negotia convertere adjiciuntur. l. 7. §. 5 de pact. l. 72. ff. h. t. l. 13. C. de pact. l. 137. de V. Obl. Struv. Syntagm. Jur. p. r. d. l. Utraq; rursus sunt vel adjicientia vel detrahentia; adjicientia sunt, quibus contractus in aliqua sua parte augetur d. l. 72. ff. eod. l. 23. ff. de Reg. Jur. detrahentia, quæ aliquid vel substantialibus vel accidentalibus contractus detrahunt d. l. 72. ff. h. t. His præsuppositis, quid sentiendum de hoc tot difficultatibus impedito juris articulo, paucis statuum:

THES. V. Statuo ergo 1. pactum sive augens sive minuens in continenti adjectum emtionis, & venditionis substantialibus constitutivis renovatorum est, inducitq; novum emtionis & venditionis contractum: prodestq; tam reo quam actori ad agendum v. gr. si perfecta jam venditione à venditore & emtore id agatur, ut pretium vel augeatur vel minuatur, hæc conventio ponit novam emtionem & venditionem l. 72. ff. h. t. l. 7. §. 6. ff. de pact. nisi vel præter essentiam ejus fuerit adjectum, & tunc non prorsus alius constituitur contractus: sed prior saltem alteratur, l. 24. §. 26. §. 1. depositi. vel etiam ut determinet aliquod substantiale emtionis l. 79. ff. h. t. Quod si tamen pactum circa substantialia sive in continenti sive ex intervallo, adjectum omnino sit iniquum & legibus adversum, vitiat ipsum, non vitiat contractum. l. 27. §. 3. ff. de pact. l. 11.

§. I. de R.C.l. 29. § 2 pro socio. Frantzk, in Comment. ff. h. t. n. § 56. D. Struv.
in Syntagm. Jurupr. Exercit. 6. th. 26.

THES. VI. Statuo 2. pactum ex intervallo essentialibus additum sive sit augens sive minuens re adhuc existente integra novam facit emtionem, ut si inter emtorem & venditorem omnibus integris manentibus de augendo vel diminuendo pretio conveniat d. l. 72. ff. h. t. l. 7. §. 6. de pact. l. 2. & 3. ff. de Resc. Vend. Hahn. in not. ad Wesenb. tit. de pact. n. 9. Dn. Struv. Jurupr. d. Exercit. 6. th. 26.

THES. VII. Statuo 3. pactum minuens ex intervallo essentialibus adjectum re non amplius integra prodest reo ad excipiendum, non actori ad agendum l. 41. ff. de pact. l. 3. de Resc. vend. Pactum vero augens reo non nocet, actori etiam non prodest. v. gr. post rem à venditore traditam, pacto id agit emtor, ut pretium minuatur, qui conventus à venditore, ut prius conventum pretium solvat, e. captione pacti minuents adversus eundem se tueri potest: è diverso, si re jam tradita emtori venditor id pacto agat, ut pretio aliquid adjiciatur, exinde non quærit sibi actionem, nec proinde hoc pactum reo nocet. l. 7. §. 5. de pactis. Hahn. in not. ad Wesenb. tit. de pact. n. 9.

THES. VIII. Statuo 4. Pactum adjectum emtionis & venditionis substantialibus consequentibus transformat eam in aliam speciem contractus l. 80. § 3. h. t. licet enim hujus contractus substantia non exigat dominii translationem, sed venditor suæ obligationi satisfaciatur, si rem præstet habere licere emtori l. 74. ff. eod. nihilominus tamen pacto ne quidem indirectè translatio dominii, ad quod via usucapionis aliquando pervenire poterit emtor, impediti potest. Frantzk, in Comment. ff. d. t. n. 379.

THES. IX. Statuo 5. pactum re integra in continenti adjectum naturalibus emtionis & venditionis, ut & accidentalibus eidem inest, sive sit augens sive sit minuens id est sive obligationem extra contractus terminos extendat in favorem Creditoris, sive pro debitore eundem limitet & restringat: pactum pro Creditore obligationis & actionis augendæ gratia adjectum inesse emtioni & venditioni consentiens ferè est Interpretum sententia propter textus claros l. 7. §. 5. de pact. l. 13. C. eod. l. 79. ff. h. t. l. 6. §. 1. ff. de Act. emt. De pacto

paçto autem minuente obligationem diversa quorundam est opinio existimantium pactum nullam virtutem posse participare à contractu cum eundem enervatum ac imminutum eat, sed hanc opinionem LL. paulò ante allegata reprobant; nam omne pactum in continenti adjectum contractui ab eodem robur accipit, eidemque ut sic dicam quasi incorporatur. *vid. Frantzke in Comment. ff. h. t. n. 388. Siruv. Synagm. Jurispr. Exerc. 6, thes 29.*

THES. X. Statuo 6. pacta augmentia in continenti naturalibus conditionis adjecta etiam actori ad agendum proficiunt, l. 7. §. 3. de pact. l. 13. C. eod non verò detrahentia sive minuentia, utpote quæ eo fine adjiçuntur, ut eidem obsint, ejusq; vim imminuant arg: l. 14. ff. de adimend. legat. l. 72. §. fin ff. de condit. & demonstr. l. 25. ff. de LL. vide latius hæc deducentem *Hortensium ad l. 72. ff. h. t. p. 10. & seqq.*

THES. XI. Statuo 7. Pactum detrahens ex intervallo naturalibus hujus contractus appositum eidem inest, obligationem & actionem ipso jure minuit, ut proinde nulla sit necessaria exceptio nisi de facto agatur. l. 72. ff. h. t. arg. l. 3. ff. de Resc. Vend. *Frantzke in comment. ff. h. t. n. 402.* adjiciens verò nec inest huic contractui, nec jus facit, d. l. 72. ff. h. t. ad excipiendum autem aliquo casu id prodesse posse rectè notat *Frantzke: ad d. t. n. 405.* Et hæc de pactis potissimum constitutionem hujus contractus respicientibus: sequitur ut videamus, quæ tendunt ad ejusdem dissolutionem. Inter quæ primùm est pactum additionis in diem, quo id agitur inter emptorem & venditorem, ut intra certum tempus allatam ab alio meliore conditionem liceat eidem acceptare, remq; posteriori emptori addicere. l. 1. D. de in diem addit. Fit additio vel sub conditione suspensivâ, vel resolutive l. 2. D. d. t. Utraq; suos diversos habet effectus. Nam priori casu venditor Dominus manet, ad quem interea pertinent commoda & incommoda l. 4. D. d. t. posteriori verò casu dominiû transit in emptorem, si venditor fuit Dominus l. 4. §. 3. D. d. t. l. 41. de Rei Vindit. Si secus, transit in eundem conditio usucapiendi, l. 2. §. fin. D. eod. Allata verò meliore conditione (vide l. 4. §. ult. D. d. t.) emptio resolvitur, ac pro non facta habetur l. 1. D. d. t. dominiumq; ad venditorem ipso jure redit, absq; traditione l. 41. D. de R. V. ut non modo res medio tempore pignori supposita desinat esse pignori l. 4. §. 3. ff. d. i. sed

sed etiam fructus tam exstantes quam consumptos, quatenus ex iis factus est locupletior restituere debeat l. 4. § 4. ff. eod: l. 24. §. 4. de minor. l. 206 de Reg. Jur. Hahn: in not: ad Wesenb. d. 1. n. 3.

THES. XII. Requiritur autem ut melior conditio offeratur ipsi venditori, vel ei qui intra tempus definitum venditori heres est. l. 15. ff. d. t. ab emtore aliquo verò non à venditore subjecto l. 4. §. 5. ff. d. t. l. 14. pr. ff. eod: cui tamen posteriori emtori tunc demum addicere licet venditori, si eundem certiozem fecerit, isq; quod alius paratus est adicere noluerit addere l. 6 §. fin: d. t. l. 7. l. 8. D. eod. Si v. primus emtor offerat tantum, quantum posterior, censetur novus contractus arg. eorum quæ supra dixi c. 6. Thes. V.

THES. XIII. Secundum est Pactum Commissorium, quo id agitur, ut nisi pretium solvat intra certum diem emtor res sit inempta l. 2. 3. & 4. d. L. Commiss. Rei quidem hoc pacto addito venditæ dominium transit in emtorem l. 2. h. t. qui & fructus ex illa percipit, eosq; suos facit l. 5. ff. eod. sed sub conditione emtio resolvitur l. 2. ff. h. t. ipso iure dominium, si pacto non pareat emtor, ipsiq; mora possit imputari l. 6. pr. l. fin. d. t. Bacchov. ad Treutl. vol. 1. D. 28. th. 9. tit. D. ad venditorem redit. l. 2. ff. h. t. l. 1. C. de pact. inter emt. & vend. Cui proinde datur vel rei vindicatio arg. l. fin. d. t. l. 3. C. de pact. inter emt. & vend. modò verbis directis pactum fuerit conceptum, vel actio ex vendito si obliquis vel indirectis conceptum fuerit. d. l. 3. C. eod. Bacchov. ad Treutl. vol. 1. D. 28. th. 9. lit. D. Dn. Struv. Syntagm. Jurispr. Exerc. 23. th. 37. Zes. in Comment. ff. ad tit. de L. Commiss. n. 13.

THES. XIV. Emtor debet dicto die offerre pretium venditori, si velit legis commissoriæ vim effugere l. 4. §. fin. d. t. licet non fuerit à venditore interpellat9, nam dies pro ipso satis interpellat, quo non adjecto (quod fieri posse benè probat Zes. in Comment. ff. d. t. n. 7) opus est interpellatione arg: l. 23. de V. Obl. Zes. d. l. n. 7.

THES. XV. Cum autem lex commissoria in favorem venditoris sit addita in ejus quoq; erit arbitrio, velit ne rem una cum fructibus repetere l. 2. l. 3. l. 6. ff. d. t. vel pretium remisso pacto cum usuris petere; alterutro autem horum post diem elapsum electo venditor variare nequit l. 4. §. 2. l. 6. §. ult. ff. h. t. Carpov p. 2. Const: 33. des. 22.

THES. XVI. Tertium est pactum retrovenditionis, quo licet venditori

toritem; cuius dominium in emtorem transit, redimere pretio resu sol 12. de prescrib. verb. l. 2. C. de pact. inter emt. & vend. cap. 4. X. de pignor. Initur a. vel simpliciter nulla facta temporis determinatione, vel restrictivè, & adjecto certo tempore: priori casu jure Canonico & moribus nostris juri redimendi nullo tempore præscribitur arg: c. fin. X. de prescript. Carpzov. p. 2. Const. 1. def. 8. Gail. l. 2. obs. 18. Mynsing. cent. 1. obs. 16. Dn. Struv. Syntagm. Jurispr. Exercit. 43. th. 22. Aliud obtinere putamus de jure civili, quo huic juri reluendi longissimo tempore præscribitur. arg. l. 3. & 4. C. de prescript. 30. vel 40. ann. Dn. Struv. d. l. Boër. decis 351. n. 6. posteriori casu rursus videndum, an tempus certum sit adjectum per modum termini à quo, ita, ut post ejus lapsum demum venditor oblato pretio restitutionem rei venditæ petere eandemq; redimere queat. Carpzov. d. p. 2. Const. 1. def. 9. an verò per modum termini ad quem sive intra quem exercendum sit jus retrovenditionis, quo lapsò potestas redimendi venditori censetur adempta l. 2. C. de pact. int. emt. & Vend. Carpz. d. Const. def. 8. ubi rectè addit ex justa causa moram à venditore posse purgari. Th. 17.

THESES, XVII. Quamvis verò hoc redimendi jus in heredibus ipsius venditoris locum habeat l. 9. in fin. de probat. d. l. 2. C. de pact. inter emt. & Vend: nulla licet in contractu facta eorum mentione d. l. 9. de probat: nisi probari possit ab excipiente solummodo in pacto comprehensã personã venditoris Carpz. d. C. def. 10. n. 5. Zoef: in Comment; D. in tract. de Retract: convent: n. 5. veruntamen ex pluribus heredibus unus non admittitur ad partem redimendam parte solũ pretii oblata, nisi solidum & totum pretium offerat. arg: l. 78. S. e. de C. B. Carpz. d. Const. 2. def. 11. ut tamen caveat reemtor de revendendo socio partem, si in posterũ eadem illi placuerit Zaf: d. tract. n. 16. Carpz. d. l. nec obs. l. 76. D. de R V. ad quam benè respondet Zaf: d. tract. n. 16. quin imò extraneo hoc jus, quod venditori ejusq; heredibus competit, cedi potest. Carpzov. d. l. def. 12.

THESES, XIX. Pretium a quod datum, nisi aliud convenerit, redempturus venditor, non modo offerre, sed & impensas ad perpetuam rei venditæ utilitatem factas refundere debet, Carpz: d. Const. def. 27. Quibus præstitis emtor obligatus est ad rem ipsam præcisè restituendã, non secus ac venditor in prima venditione ad eandem præcisè tradendam, Carpz. d. l. def. 15. qui definit: 20. rectè quoq; asserit, fructus naturales pendentes (de civilibus n. res facilis est) tempore retrovenditionis pro rata temporis esse dividendos inter venditorem & reemto-

D

rem

rem. Illud quaeritur, an augmentum quod rei fortè accessit, pertineat ad emtorem? Et verius est ad eundem pertinere, cum sit Dominus, *Carpzov. d. l. def: 18.*

THES. XIX. Cum v. reddito pretio non redeat dominium ne utile quidem ipso jure sine traditione ad venditorè sive obliquis sive directi. verbis fuerit pactum retrovenditionis conceptu arg: l. 2. C. de pact: inter emt & vend l. 4. C. de Edil. add. Zaf. d. l. n. 22. Consequens est, dari venditori ex vendito actione tantum personalem contra emtorem ejusq; heredes, nullo a. modo adversus tertium, ut vult *Carpz. d. Const. def. 16* rei possessorem arg: l. 15. C. de R. V. Myns: cens: 6. obs: 69.

THES. XX. Quartum superiori affine est, quo ita venditur res ut sit in arbitrio emtoris à contractu recedere l. 6. ff. de Resc: Vend: l. 31. S. 22. ff. de Edil. edict: quidni n. æquè tolerem? pactum favorem respiciens emtoris ac venditoris, modo careat labe usuraria c: 4. X. de pign: *Carpz. l. 5. Resp. 27. Andr: Rauchb. p: 1. quæst: 19. Zaf in Comm: ff. d. t. n. 35.*

THES. XXI. Solent præterea adjici pacta quædam emtiori & venditori, quæ tamè legibus sunt prohibita, quale pactum est, quo pauci conspirant ut soli res certas emant, & alios in suis commerciis impediant, nec nisi pactis inter sese pretiis & certo tempore vendant, quod subgravi poena prohibitum est in l: unic: C. de Monopol: & c. Pollicey Ordnung de Anno 1577. Tit. 18. die Monopolia und schädliche auf und fürkauff belangend. Ex justa v. causa & urgente necessitate, quin Princeps in suis di:ionibus rerum quarundam monopolia possit permittere non est dubitandum *Perez. in Cod: ad d. t. n. 3.* Item quo mercatores & artifices ita conveniunt, ut quilibet eorum eodem pretio nec satis tamen justo rem vendat. *Nov. 122. cap 1. d. Ordin: pol: t: Tit 37 von Handwercken in gemein Adde Aristot: lib: 1. polis: ubi Thaletis exemplo ea probat.*

THES. XXII. Hactenus tantum pro modulo ingenii mei & instituti ratione dixisse sufficiat: supersunt contraria. Ad finia & alia non infimi commatis, quæ prolixius forent proponenda: cæterum cum malim brevitatem, infæcundam in tam fæcunda materia timeo industriam. Ac proinde residuam operam relinquam Domino Præfidi, qui fortè à me succinctè dicta & adhuc dicenda, pinguiori & exquisitiori contemplatione data occasione publicitùs discussurus est.





EMtio Venditio consensu constat utrinque,
Merx, pretium sequitur, concomitatur eum.
Differis, haudquaquam circum palatia fumos
Vendis, at ingenii vendere dona paras.
Maeste isthoc studio ingenii divendere merces,
Emptorem invenient dona parata suum.

*Hisce Eximii atq; Politissimi D.N. BÆHRII
Exercitium Disputatorium de Emptione &
Venditione prosequi voluit.*

Christianus Woldenbergius, Crempa-
Holsat. Ph. J. U. D. Decretal. PP. Ducal.
Consistorii Assessor, & Com. Palati
Cæsareus.

THesibus hisce doces dum doctis vendere, Amice,
Diversâ Te usum venditione probas.
Est Labor hic pretium, merx est prudentia Juris,
Quàm Tibi sollerti vendidit alma Themis.
Sic gnavus, BÆHRI, mercaberis, emta labore
Non pretio, Themidos pilea cara ferēs.

PRÆSES.

SCande bonis avibus Doctorum pulpita, FRATER,
Partaq; ingenii dogmata vende tui;

Ipsa

Ipsa tui testis jam nunc Astræa laboris
Qui poterit patriis perplacuisse focis.
Macte animo forti, labor hic Tibi proderit olim,
Atq; dabit capiti pilea digna tuo.

Fratri suo Karissimo hæc lubens f.

Lud. de Bähr.

Fortiter incæpta præsens certamen, & indè
Magnanimus victor, dulcis Amice, redi.
Sicut tibi non deêrunt laudes, ac digna manebunt
Præmia, quæ nunquam Mula perire sinet

Hac paucula in honorem Nobiliss. Dn:

*BÆHRIL, Amici sui fraternè
dilect. | apponebat.*


HARTICH Wedemhoff.

Quod prius ac nostri Pindi juga sancta relinquant,
Edere virtutis specimen tam nobile tentes,
Prudenter facis, & laudem, [mihi crede] mereris
Non minimam, quæ se posthinc sic tollat in altum,
Quantum lenta solent inter viburna Cupressi.

*Ex animo precatur tui
amantissimus*

GOTH: Wedemhoff.







Emtio Venditio consensu constat
 Merx, pretium sequitur, con
 Differis, haudquaquam circum pal
 Vendis, at ingenii vendere don
 Macte isthoc studio ingenii divende
 Emptorem invenient dona par

*Hisce Eximii atq; Pol
 Exercitium Dispu
 Venditione prof*

Christianus Woldenb
 Holsat. Ph. J. U. D. D.
 Consistorii Assesso
 Cæsareus.

Thesibus hisce doces dum doctis
 Diversâ Te usum venditione
 Est Labor hic pretium, merx est pr
 Quàm Tibi sollerti vendidit a
 Sic gnavus, BÆHRI, mercaberis, em
 Non pretio, Themidós pilea c

Scande bonis avibus Doctorum p
 Partaq; ingenii dogmata vende



um.

ÆHRII
 tione &

empa-
 Ducal,
 Palat;


nice,

s,

SES.

TER,

Ipfa



the scale towards document